

705.

1280 d. 16 Aug.

Dafö.

F. d. WALDEMARIS Pantebref på några gods till Bisk. ANUND i Strengnäs såsom säkerhet för låntagna 100 mark.

A. 3. g. 2: 1.

Vniuersis presentes litteras inspecturis W. dei gracia quondam rex sweorum. Salutem in domino ihesu christo vniuersitati vestre notum facimus tenore presencium quod in presencia illustris principis domini. M. Sweorum Gotorumque Regis fratris nostri de consilio suo & consensu dilecte vxoris nostre & liberorum nostrorum ratione cuiusdam debiti in quo tenebamur venerabili patri domino. A. strengnensi Episcopo videlicet iuxta estimacionem centum marcharum denariorum visualis monete predia quedam eidem assignauimus & suis successoribus in perpetuum possidenda, translatis in ipsos proprietate & dominio dictorum prediorum cum omni iure quod nobis ratione proprietatis & heredibus nostris competit vel competere potuit in eisdem ad maiorem euidenciam prefata predia cum suis vocabulis exprimentes. Jn adø. X. solidos terre. Jn skildæby. IIII:or solidos terre. Jn Gnitahøe. X. solidos. terre. Jn Møruby jn parochia Tælhium vnam horam terre. Jn parochia akir in wallum. II. solidos terre. Jn Norby. II. solidos & IIII:or denarios terre. Jn østbý. II. solidos terre. & IIII:or denarios Jn Sila in Skiælbý II. solidos terre. Jn Thors dimidiæ horam terre. Jn cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum & sigillum dilecte vxoris nostre annexi fecimus & apponi. Actum Dafø anno domini M°.CC°.LXXX°. XVII. kal. septembbris.

Stycken af 2:ne Sigill äro qvar.

706.

1280 d. 16 Aug.

F. d. Drott. SOPHIAS bifall till försäljningen af Husby i Östergöthland till Lagmannen FOLKE i Wärend.

A. 6. a. 1: 22.

Omnibus presentes litteras inspecturis. S. Dei gracia Regina quondam sweorum salutem in domino sempiternam Notum facimus per presentes, presentibus et futuris. Quod Cum dominus fulko legifer Wærendie Curiam quandam osgocie dictam husbÿ prope siluam dictam Aspwid quam dilectus maritus noster Dominus Waldemarus Rex quondam sueorum post matrimonium inter nos contractum De communibus bonis nostris emerat a predicto dilecto marito nostro integraliter soluto precio emerat presencialiter interfuius et expresse eidem empclioni per omnia consensum & fauorem adhibuimus secundum terre consuetudinem antiquitus approbatam Ad pleniorem eui-

denciam huius facti & indubitatem memoriam sigillum nostrum presentibus
annectentes Datum anno domini M°.CC°. Octogesimo sequenti proxima die
post assumptionem beate virginis.

Sigillet från den ur brefvet klippta remsan bortfallet.

707.

1280 d. 26 Sept.

Alsnö.

Kon. MAGNUS I:s Bref om försäljningen af Husby Enhörna till Bisk. ANUND i Strengnäs, med
löfte om fastebref, så snart köpesumman blifvit erlagd.

A. 3. g. 2: 13.

MAGNUS Dei gracia Sweorum Gotorumque Rex. Omnibus presentes litteras inspecturis. Salutem in domino. Noueritis nos curiam nostram Hosaby in Enhörne cum colonis, molendinis, ac omnibus aliis attinenciis venerabili patri Domino. A. Episcopo Strengensi ex consensu dilectorum fratrum nostrorum, secundum iustum estimationem, emendam, pro pleno precio dimisisse. Set cum idem precium integraliter fuerit persolutum, dicto domino Episcopo, litteras nostras & dilectorum fratrum nostrorum confirmatorias dabimus super empacione memorata. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Scriptum alsno anno domini. M°.CC°.LXXX°. sexto. kal. Octobris.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

708.

1280 d. 9 Oct.

Nyköping.

Konungens Broder BENGTs Gåfvobref till Risaberga kloster på Egby i Wiby Socken i Nerike,
som tillhörde Rystads kyrka i Östergötland, hvilken i vederlag skulle erhålla något annat
hemman.

A. 3. n. 4: 9.

Omnibus presentes litteras inspecturis vel audituris. B. frater regis sweorum illustris. salutem in domino sempiternam. Quoniam ea que rite geruntur frequenter solent in dubium revocari diligens antiquorum prouidencia contra obliuionis dispendium scripture remedium salubriter adinuenit. vt ea que legaliter geruntur in scriptis redigantur ad omnem negligencie & obscuritatis materiam extirpandam. Noscat igitur tam presens etas quam futura posteritas tenore presencium nos quoddam premium in Egby situm in parrochia vigby in næricia quod ecclesia Rystatha in osgocia. longo tempore possederat claustro Rysabiargh iure perpetuo contulisse possidendum. Volentes eidem ecclesie pro dicto predio aliud premium sibi commodius assignare. vt autem super donacione premissa nulla possit in posterum dubitacio suboriri presentes litteras sigillo nostro sigillari fecimus in testimonium veritatis. Datum nycopie anno domini M°.C°C°.LXXX. in die beati dyonisii.

Sigillet, något skadadt, hänger i en ur brefvet klippt remsa.